



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Co[n]ciliu[m] Braccare[n]sę primu[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

# Concilium primum Braccarense. Fo. CXXXVIII.

sublimiū viroꝝ nobilitatē, qui ex aulæ regalis officio in hac sc̄tā synodo nobiscū sessuri præ-  
electi sunt, obtestor pariter & cōiuro atq; p̄ ineffabile illud sacramentū cōuenio, vt quisq; in  
medio vestri se iudicandū vel retractandū inuenerit, tā quę per nos dicta, q̄ etiā cętera quę ve-  
stris auditibus se ingesserint audienda cōmuni vigore iustitię & tēperamento mię dirimere  
p̄curetis, q̄ cū omni reuerētia patrū p̄cedentiū regulis subditi totius vnanimittatis v̄æ snia nō  
alūde q̄ ex veritatis fonte p̄cedat. Sicq; & his q̄ p̄missa sunt solidū deliberatōis stilū p̄optissī  
me apponatis, & reliq; adhuc q̄ necessaria sunt in pagēdis ecclesiasticę regulę disciplinis & di-  
rimēda tractetis, & dirēpta religiosioribus diligēter cōscribatis, q̄liter dū doctrinā dispergi-  
tis salutarē in populis Christū dñm in cumulādo iustitię fructu capiatis, vt vobis p̄dicatib; &  
implētibus, & q̄ diuinis oculis cōplaceant, & q̄ nobis proficiāt semp̄ agere valeamus. Sit vtrif-  
q; parētibus in hoc seculo, de lucro aiāz; iēffabile gaudiū, & in futuro de puētōe æternitatis p̄-  
miū incōuulsum. Datū sub die q̄nto Nonas Nouēbris, anno feliciter quarto regni glorię no-  
stræ in dei noīe Toletō. Perlecto ergo corā cūctis Tomi necessarię institutōs exorū, prius de  
fide sanctę trinitatis fermocinatiōis nostrę cępit esse principiū, profitētes pariter & creden-  
tes ea q̄ de hac sc̄tā trinitate & euāgelia tradūt, & ap̄loꝝ sanctiōes instituit, sicut Nicæna sy-  
nodus hoc pietatis sacm̄ exposuit, sicut Cōstātinopolitana definitio sanxit, vel primi Ephe-  
sini cętus atq; Calcedonēsis euīdes doctrina cōstituit, iuxta qd̄ etiā sacrosct̄i symboli elucu-  
brata professio claret, q̄ in missaz; solēnitatibus patula cūctōꝝ acclamat̄ fidelium voce.

¶ Fides Nicæni Concilij.

**C**redimus in vnū deū patrē oipotētē factorē cœli & terrę, visibillū oīm & inuisibillū cō  
ditorē, & in vnū dñm Iesum Christū filiū dei vnigenitū, ex p̄re natū ante oīa secula, deū  
ex deo, lumē ex lumine, deū verē ex deo vero, natū, nō factū, omouision patri, hoc ē euī-  
dē cū patre substātīę, p̄ quē oīa facta sunt, q̄ in cœlo & q̄ in terra, q̄ propter nos & p̄pter no-  
strā salutē descēdit, & incarnatus est de spū sc̄to ex Maria virgine, hō factus, passus est sub Pō-  
tio Pilato, sepultus, tertiā die resurrexit, Ascēdit in cœlos, sedet ad dexterā patris, itēz; ventu-  
rus in gloria, iudicare viuos & mortuos. Cuius regni nō erit finis. Credimus in sp̄m sanctū do-  
minū & viuificatorē ex patre & filio p̄cedētē, cū patre adorandū & glorificandū, q̄ locutus  
est p̄ prophetas. Vnā catholicā atq; apostolicā ecclesiā. Cōfiteor vnū baptisimū in remissionē  
peccatorū, expectamus resurrectionē mortuoz; & vitā venturi seculi. Amen.

¶ Post huius sanctę fidei dispositā scripturā, q̄si sup̄ solidissimā petrā cęteroz; sequentiū con-  
struximus fabricā, vt firmitate incōuulsibili durēt, q̄ sup̄ fundamentū verę fidei fuerint perene  
cōstructa, vnde & has oīm in cōmune snias quas principis hortatu cōstruendas accepimus  
cōmuni voto ædidimus, quas etiā æterno reuerentię vigore obseruandas fore censemus.

## Incipit concilium Braccarense primum.

Era. DLXIX. Anno tertio Ariamiri regis, Calendis Maij.



**A**nno tertio Ariamiri regis Calendis Maij. Cum Gallicię prouintię episcopi, C  
Lucretius, Andreas, Martinus, Cottus, Hildericus, Lucetius, Timotheus, Ma-  
liosus ex p̄ceptis p̄fati gloriosissimi Ariamiri regis in metropolitana eiusdē pro-  
uincię ecclesia cōuenissent, cōfidētibus simul ep̄is, p̄sentibusq; presbyteris, astā-  
tibusq; ministris, vel vniuerso clero, Lucretius memoratę metropolitanę eccle-  
się ep̄s dixit. Diu est sanctissimi fratres q̄ secundū instituta venerabiliū canonū & decreta ca-  
tholicę & apostolicę disciplinę desiderabamus sacerdotalē inter nos fieri debere conuentum  
quia non solū ecclesiasticis regulis & ordinibus opportunā, sed stabilem etiam semper efficit  
charitatis fraternę cōcordiā, dū cōgregati simul in noīe dñi sacerdotes ea inter se salutarī col-  
latione requirunt, quę secundū doctrinā apostolicā vnitatem sp̄s in vinculo pacis obtineant  
Nunc ergo quando optatū nobis huius congregationis diem gloriosissimus atq; pijsimus fi-  
lius noster aspirante sibi dño vtiliter cōmendauit prius de statū fidei (sicut superius dictū est)  
conferamus, nam licet iam olim Priscillianę hēresis contagio in Hispaniaz; prouincijs detēta  
sit & damnata, ne quis tamen per ignorantia, aut aliquibus (vt assolet) scripturis deceptus apo-  
cryphis aliqua adhuc ipsius erroris pestilentia sit infectus, manifestius ignaris hominibus de-  
claretur, quia ipsi in extremitate & in vltimis huius prouincię finibus constituti aut exiguam  
aut pene nullā rectę eruditionis notitiā contigerunt. Credo autē vestre beatitudinis fraterni-  
tatē nosse, quia eo tēpore quando in regionibus nephādissime Priscillianę sectę venenata ser-  
pebāt, Bñssimus papa vrbis Romę Leo q̄ dragesimus fere apostoli Petri successor extitit per  
Turpiū notariū sedis suę ad synodū Gallitię cōtra impiā Priscillianę hēresis sectā scripta sua  
direxit. Cuius etiā p̄cepta Tarraconēses & Carthaginēses episcopi, Lusitani q; & Beticī fa-  
cto inter se cōcilio regulā fidei cōtra Priscillianā hēresim cū aliquibus capitulis cōscribentes

a 2 ad Ba

## Concilium Braccarense primum.

ad Baleoniū tunc huius Braccarēsis ecclesie præsulē direxerūt, vnde & quia ipsum p̄scriptę fidei exemplar cū suis capitulis præ manibus hic habemus, pro instructione ignorantium (si vestrę placet reuerētię) recitetur. Omnes ep̄i dixerunt, Valde necessaria horū capitulorum est lectio, vt dū simplicioribus quibusq; pristina sanctorū instituta pandūtur, abominata iam olim à fede beatissimi Petri apostoli, & dānata Priscillianę hæresis figmenta cognoscantur, lectū est exemplar fidei, cū capitulis suis, q̄ ne prolixitate facerēt his gestis minime sunt inserta. Post lectionē capitulorū licet lectio necessaria recēta est, tñ euidētius & simplicius ea q̄ sunt execrabilia ita positus etiā capitulis modo declarant, vt qui minus est eruditus intelligat, & sic anathematis sentētia explosa iā Priscilliani erroris figmēta damnetur, vt quisquis clericus vel monachus siue laicus tale aliquid sentire adhuc, vel defendere fuerit deprehēsus, tanq̄ vere putridū mēbrū cōtri nuo de corpe abscindat catholicę ecclesie fig, ne aut societatis siue prauitatis eius macula à recte credētib; de pmixtōe taliū aliqd orthodoxis reputet opprobrium. Proposita cōtra Priscillianam hæresim capitula, & relecta continent hæc.

- D I.** ¶ Si quis patrē & filium & spiritum sanctum non confitetur tres p̄sonas vnus substantiæ & virtutis ac potestatis sicut catholica & apostolica ecclesia docet, sed vnā tantū ac solitariā dicit esse p̄sonam, ita vt ipse sit pater qui filius, etiam sit paracletus spiritus sicut Sabellius & Priscillianus dixerunt, anathema sit.
- E II.** ¶ Si quis extra sanctā trinitatē mala nescio quæ diuinitatis nomina introducit, dicēs, quod ipsa diuinitas sit trinitas sicut Gnostici & Priscillianus dixerūt, anathema sit.
- F III.** ¶ Si quis dicit filiū dei dñm nostrū anteq̄ ex virgine nasceretur non fuisse sicut Paulus Samosatenus & Fotinus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.
- G IIII.** ¶ Si quis natale Christi secundū carnē non vere honorat, sed honorare simulat se, ieiunās in eodē die vel in dominico quia Christū in hominis natura esse non credit, sicut Cerdon, Martion, Manichæus & Priscillianus dixerūt, anathema sit.
- H V.** ¶ Si quis animas humanas, vel angelos ex dei credit substantiā extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.
- I VI.** ¶ Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terrā deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.
- K VII.** ¶ Si quis dicit diabolum non fuisse prius angelum bonum à deo factū, nec dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum ex tenebris emerissee nō aliquem sui habere autorem, sed ipsum esse principium absq; substantia mala sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt anathema sit.
- L VIII.** ¶ Si quis credit, quod aliquas immundas creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates, & ficcitates ipse diabolus sua autoritate facit, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.
- M IX.** ¶ Si quis animas & corpora humana fatali signo credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt, anathema sit.
- N X.** ¶ Si quis duodecim signa, id est sydera quæ mathematici obseruare solent per singula animæ vel corporis membra dissipata credunt, & nominib; patriarcharum ascripta dicunt, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.
- O XI.** ¶ Si quis coniugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.
- P XII.** ¶ Si quis plasmationem humani corporis diaboli dicit figmentum esse, & conceptiones in vteris matrum operibus dicit dæmonum fieri, propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.
- Q XIII.** ¶ Si quis dicit creationem vniuersę carnis nō opificium esse dei, sed malorum angelorum, sicut Manichæus & Priscillianus dixerūt, anathema sit.
- R XIIIII.** ¶ Si quis immundos putat cibos carniū quas deus in vsu hominum dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quia immunditiam putauerit, ita abstineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus pergustet, sicut Manichæus & Priscillianus docuerunt, anathema sit.
- S XV.** ¶ Si qui clericorum præter matrem aut germanam vel etiā quæ proxima consanguinitate iunguntur, alias aliquas quia adoptiuas fœminas secum retinet, & cum ipsis habitant sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit.
- T XVI.** ¶ Si quis quinta feria paschali, quæ vocatur cœna domini hora legitima post nonam ieiunus in ecclesiis missas non tenet, sed secundum sectam Priscilliani festiuitatē ipsius ab hora tertia per missas defunctorū soluto ieiunio colit, anathema sit.

¶ Si quis

XVII. ¶ Si quis scripturas, quas Priscillianus secundum suum deprauavit errorē, vel tractatus Di- **A**  
ctinij, quas ipse Dictinius antequam conuerteret scripsit, sub nomine patriarcharum, prophetarum & aposto-  
lorum & suo errori consona cōfinxit legit, & ipsa eorum signēta sequitur aut defēdit, anathema sit

XVIII. ¶ Propositis his capitulis & relectis Lucretius episcopus dixit. Quoniam etiā ea quae a catholicis **B**  
abominata sunt & dānata manifestius & apertius etiā ignorātibz declarata sunt, necessa-  
riū post hoc arbitror si vestrae fraternitati videtur, ut instituta nobis sanctōrum patrum recēditis anti-  
quis canonibus innotescant, quae & si non omnia certe vel pauca, quae ad instructionē clericalis discipuli-  
nae pertinet, relegantur. Omnes episcopi dixerunt placet hoc edictū & cōgrua res est, ut quibus fortasse &  
per incuriam abolita sunt ecclesiastica constituta, audiant sanctorum canonum regulam  
& obseruent, relectis ex codice coram concilio tam generalium synodorum canonibus quae  
localium. Post quorum lectionem Lucretius episcopus dixit: Ecce ex ipsa canonū lectio-  
ne cognoscat sancta fraternitas vestra, non solum generalibus concilijs, sed & in localibus  
congregatos simul sacerdotes vno consensu ea quae ecclesiastico conueniebant ordini sta-  
tuisse, & secundum quod vniuersi cuiusque rei expetebat ratio prospexisse sequentes sententiā  
doctrinae apostolicae dicentis, probatque quae bona sunt & tenere, si ergo placet charitati ve-  
stra, quia sunt aliqua ecclesiasticae institutionis obsequia, quae in huius praesertim extremi-  
tate prouinciae non per cōtentionē quod absit sed magis (sicut praefati sumus) fiunt per incuriam  
aut per ignorantiam constituamus quaedam inter nos capitula: ut quae non vno modo te-  
nentur a nobis ad vnam omnino formulam reuocentur, omnes episcopi dixerunt. Necessa-  
rium & valde vtile arbitramur, ut ea quae apud vnum quēque nostrum varia & inordinata cō-  
suetudine retinentur, vno inter nos dei gratia & concordia celebrentur officio. Et ideo  
si quid illud est magnū vel paruum quod variari videmus, ad vnam (sicut dictū est) formulā  
praefixis rationabiliter capitulis reuocetur, praecipue cum & de certis quibusdā causis in-  
structionē apud nos sedis apostolicae habeamus, quae ad interrogationes suas quondā ve-  
nerandae memoriae praecessores tui prudentia profutura ab ipsa beatissimi Petri, accepit ca-  
thedra, Lucretius episcopus dixit. Recte fraternitas vestra auctoritatem sedis apostolicae  
recordata est, quae licet eodem tempore innotuerit quae directa est, tamen pro firmitate testimonij  
& instructōe multorum (si vestrae vnanimitati cōplacet) quia praemanibus est, coram omnibus le-  
gat, omnes episcopi dixerunt. Iustum est ut quia mentio ipsius auctoritatis est habita, quae est eius doctrina  
a circumstantibus audiat. Relecta est auctoritas sedis apostolicae ad quendam profuturum directa  
episcopi, quae propter prolixitatem his gestis minime est inserta, post cuius lectionem Lucretius e-  
piscopus dixit. Manifestius patet apostolicam nobis opitulari doctrinā, & ideo sicut frater-  
nitas vestra praedixit, si quid per ignorantiam apud quosdam variat, ad vnam formulā concordia regula  
praescriptis inter nos capitulis astringat, proposita sunt capitula quae continent haec.

XIX. ¶ Placuit omnibus communi consensu, ut vnus atque idem psallendi ordo in matutinis, **C**  
vel vespertinis officijs teneatur & non diuersae ac priuatae monasteriorum consuetudines  
contra ecclesiasticas regulas sint permixtae.

XX. ¶ Item placuit, ut per solemniū dierum vigiliis, vel missas omnes easdem & non di- **D**  
uersas lectiones in ecclesia legantur.

XXI. ¶ Item placuit ut non aliter episcopi & aliter presbyteri populum, sed vno modo **E**  
saluent dicentes, dominus sit vobiscum, sicut in libro Ruth legitur, & ut respondeatur a  
populo, & cum spiritu tuo, sicut & ab ipsis apostolis traditū omnis retinet oriens, & non si-  
cut Priscilliana haeresis permutauit.

XXII. ¶ Item placuit ut eodem ordine missae celebrerentur ab omnibus quae profuturus quondā **F**  
huius metropolitanae ecclesiae episcopus ab ipsa apostolicae sedis auctoritate suscepit scriptum.

XXIII. ¶ Item placuit ut nullus eius baptizandi ordinem praetermittat, quae & antea tenuit me- **G**  
tropolitana Braccarensis ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate praedictus profuturus  
episcopus scriptū sibi & directū a sede beatissimi Petri apostoli suscepit.

XXIII. ¶ Item placuit, ut conseruato metropolitani episcopi primatu caeteri episcopoꝝ se- **H**  
cundum suae ordinatiois tempus alius alio sedēdi deferat locū.

XXV. ¶ Item placuit, de rebus ecclesiasticis tres a quibus fiant portiones, id est, vna episcopi, alia **I**  
clericorum, tertia in reparatione vel in luminariibus ecclesiae. De quarta parte siue archipresby-  
ter, siue archidiaconus illā administrās episcopo faciat rationē.

XXVI. ¶ Item placuit, ut nullus episcopus clericū alterius ordinare praesumat, sicut & antiqui ca- **K**  
nones vetuerunt, nisi forte signata ipsius scripta suscepit.

XXXII. ¶ Item placuit quia aliquāti huius prouinciae ecclesiae suis diacones abscōsis in- **L**  
fra tunicam vtuntur orarijs, ita ut nihil differre a subdiacono videantur, ut de caetero sup-  
positis scapulis sicut decet vtantur orarijs.

## Concilium Braccarense primum.

- M XXXVIII** ¶ Item placuit vt non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec alijs nisi his qui ab Episcopo subdiaconi fuerint ordinati.
- N XXXIX** ¶ Item placuit vt lectores in Ecclesia in habitu seculari ordinati non psallant, neq; granos Gentili ritu dimittant.
- O XXX** ¶ Item placuit, vt veteris testamenti nihil poetice compositum in Ecclesia psallatur, sicut & sancti præcipiunt Canones.
- P XXXI** ¶ Item placuit, vt ingredi ad communicandum non liceat sacrarium laicis viris, vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut & antiquis Canonibus institutum est.
- Q XXXII** ¶ Itē placuit, vt quicumq; in clero cibo carniū non vtunt, pro amputanda suspitione Priscilliane hæresis, vel olera cocta carniū trā prægustare cogantur. Quod si contempserint secundum quod de talibus sancti patres antiquitus statuerunt, necesse est pro suspitione hæresis, huius officio excommunicatos omnimode remoueri.
- R XXXIII** ¶ Item placuit, vt qui pro hæresi aut pro crimine aliquo excommunicant, nullus eis communicare præsumat, sicut & antiqua Canonum continent statuta, quod si quis spernit voluntarie seipm alienum à communione facit.
- S XXXIII** ¶ Item placuit, vt hi q; sibi ipsi, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, aut quolibet modo violentiæ inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur, multi enim sibi hoc per ignorantiam vsurpant. Similiter & de his placuit fieri qui pro suis sceleribus puniuntur.
- T XXXV** ¶ Item placuit, vt catechuminis sine redemptione baptismi defunctis simili modo non oblationis commemoratio, neq; psallendi impèdatur officium, nam & hoc per ignorantiam vsurpatum est.
- V XXXVI** ¶ Item placuit vt corpora defunctorum nullo modo basilicam sanctoꝝ sepeliantur, sed si necesse est, de foris circa murum basilicæ vsq; ad eum non abhorreat, Nam si firmisimum hoc priuilegium vsq; nunc retinetur ciuitates, vt res nullo modo intra ambitum murorum cuiuslibet defuncti corpus sit humatum, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reuerentia obtineri.
- X XXXVII** ¶ Item placuit, vt si quis presbyter post hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere, aut Ecclesiam, aut altariū consecrare à suo officio deponatur, Nam & antiqui Canones hoc vetuerunt.
- Y XXXVIII** ¶ Itē placuit, vt ex laico ad gradum sacerdotij nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectoꝝ, vel diaconatus disciplinam Ecclesiasticam discat, & sic p; singulos gradus eruditus ad sacerdotiū veniat, nam satis reprehensibile est, vt q; nondū didicit, iam docere præsumat, dum & antiquis hoc patrum institutionibus interdictum sit.
- Z XXXIX** ¶ Itē placuit, vt si qd ex collatōe fidelium, aut p; festiuitates martyrum, aut p; commemorationē defunctoꝝ offert, apud vnum Clericoꝝ fideliter colligat, & constituto tpe, aut semel, aut bis in anno inter oēs Clericos diuidat, nam non modice ex ipsa inæ qualitate discordiæ generant, sic vnusq; in sua septimana quod oblatum fuerit sibi dependat.
- & XL** ¶ Item placuit, vt præcepta antiquoꝝ Canonum (quomodo in Concilio recitata sunt) nullus audeat præterire, si qs autē contumax transgredit ista, necesse est, vt de suo degrades officio. Relictis capitulis Lucretius Epūs dixit: Quia opitulante domino nobis ea quæ infirmitatē Catholicæ & orthodoxæ fidei, vel quæ ad officium ordinis Ecclesiastici pertinebant vnanimi (sicut oportebat) collatione decreuimus, restat nunc, vt ex omnibus his quæ dei grā salubriter instituta sunt, ppriam vnusq; nostrum studeat docere, atq; informare diocessim. Si qs autē ex nobis in parochijs suis post agnita huius Concilij instituta, aut clericum, aut monachum sanæ huic doctrinæ resistētē inuenerit, aut in aliquo adhuc Priscilliane sectæ errore latitare p;enserit, & non continuo illum excommunicatum & anathematizatū de Ecclesia eiecerit foras (ita vt cum hmōi hoie, nec cibum aliq; fidelis sumere, nec cōicere p;umat) nouerit se is q; talē receperit, fraternæ esse excommunicationi obnoxium, & diuinæ proculdubio snæ reum. Omnes Epī dixerunt: Quæ cunq; à nobis vnito p; dei grām consensu decreta sunt, peruigili necesse est solitudine obseruent. Quæ vt stabilitatē placitæ constitutōis obtineant firmitatem, propria vnusquisq; his gestis manu subscribat. Et post Epōrum subscriptio subscuta est. Lucretius epūs subscripti. Andreas episcopus subscripti. Martius episcopus subscripti. Cottus epūs subscripti. Hildericus epūs subscripti. Lucētius epūs subscripti. Timotheus epūs subscripti. Maliosus episcopus subscripti.

¶ Concilij Braccarensis primi Finis.

¶ Incipit